



## The Holy See

---

**IOANNES PAULUS PP. I LITTERAE APOSTOLICAENOTUM EST** ECCLESIA SANCTUARIUM BEATI ANGELI AB ACRI BEATAE MARIAE

VIRGINI IMMACULATAE DICATA, IN ECCLESIAE BISINIANENSIS

FINIBUS POSITA, AD BASILICAE MINORIS GRADUM ATTOLLITUR Ad perpetuam rei memoriam. – Notum est sanctuarium Beati Angeli ab Acri Beatae Mariae Virgini Immaculatae dicatum, in quo corpus eiusdem Beati pie sancteque servatur, a quam plurimis Christifidelibus frequentari. Ad maiorem igitur religionis cultum atque pietatem istic auigendam, Venerabilis Frater Aeneas Selis, Archiepiscopus qui tunc erat Consentinus et Bisinianensis preces et vota cleri atque populi expromens litteris die XXIX mensis Octobris anno MCMLXXIX datis ab hac Apostolica Sede petivit, ut illa sacra aedes praeclam titulo atque honore Basilicae Minoris honestaretur. Nos itaque iis probatis quae Sacra Congregatio pro Sacramentis et Cultu Divino factis a Nobis facultatibus statuerit, certa scientia ac matura deliberatione deque plenitudine Apostolicae Nostrae potestatis, harum Litterarum vi perpetuumque in modum sanctuarium Beati Angeli ab Acri Beatae Mariae Virgini Immaculatae dicatum ad gradum et dignitatem Basilicae Minoris evehimus, omnibus adiectis iuribus atque liturgicis concessionibus quae templis hoc nomine insignibus rite competunt, modo ea servata fuerint, quae secundum Decretum «de titulo Basilicae Minoris» die VI mensis Iunii factum anno MCMLXVIII servanda sunt. Ceterum volumus ut hac Litterae Nostrae sive nunc sive in posterum vim suam habeant suosque effectus obtineant, contrariis nihil obstantibus. *Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXI mensis Iulii, anno MCMLXXX, Pontificatus Nostri secundo.* AUGUSTINUS Card. CASAROLI, a publicis Ecclesiae negotiis © Copyright 1980 - Libreria Editrice Vaticana